

Johann Eberhard

Christo Auspice & Praeside. Themata Haecce Medica De Angina ... Pro summis in arte Medica honoribus, privilegiis ac insignibus Doctoralibus consequendis

Basileae: Genathius, 1611

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756683521>

Druck Freier  Zugang






A
31

81. i. 4.

3

Ma - 1012.





CHRISTO
Auspice & Præside.

THEMATA HÆCCE MEDICA
DE ANGINA,

Decernentibus ac jubentibus Magnificis, Excellentissimis Viris, Dominis Professoribus, & Doctoribus Amplissima Facultatis Medicæ, in inclyta & antiquissima Basiliens. Acad.

Pro summis in arte Medica honoribus, privilegiis ac insignibus Doctoralibus consequendis,

Publicè examinanda proponit

IOANNES EBERHARDUS
Gryphiswaldensis Pomeranus.

Ad diem XIX Novembr. horâ locoq; solitis.

Rectore Magnif. D. CASPARO BAUHINO, Anat. &

Botan. celeberrimo:

Decano Spectab. D. PETRO RYFFLO, Mathematico eximio:

Promotore Cl. D. FELICE PLATE RO, Archiatro & Profefs. ordinario

Basiliens. Acad.

BASILEÆ,

Typis JOHAN. JACOBI GENATHI.
MDCXI.



ILLVSTRISSIMIS ATQ.
CELSISSIMIS PRIN-
cipibus ac Dominis,

DN. ADOLPHO FRIDERICO,
ET
DN. IOANNI ALBERTO,
FFR.

Megapolitanorum Ducibus,
Henetorum Principibus,
Suerinensium Comitibus,
Rostochii & Stargardiæ Dy-
nastis, &c:

DOMINIS ac PRINCIPIBUS
meis clementissimis



Submissè offero

Subiectissimus

IOANNES EBERHARDVS.



DE ANGINA.

THESIS I.

ANGINA Græc. Κωάγχι, ἀπὸ Ἐάγχευ, quod est suffocare; Latinis ab angendo, symptomate nimis Hipp. l. 2. de morb. p. 428.
rum hunc morbum perpetuò cōsequente, dicitur.

II.

Definiri potest, quòd sit Angustia faucium aut gutturis, Definitio.
quovis tumorū genere; aut vertebrarū cervicis dislocat
e orta, respirationis ac deglutitionis functiones ledens.

III.

Est autem Angina alia spuria sive notha; alia vera seu Differētiae.
legitima. Gal. lib. 4. de victus rat. in morbis acut. comm. 30.

IV.

Angina notha genera sunt duo: quorum prius oritur, Act. serm. 4. tetr. 2. c. 47.
ubi pituitosa defluxio in fauces, cervicisq; musculos de
cumbit. ibidemq; tumorem œdematosum excitat; posterius
verò ex luxatione vertebrarum cervicis versus interiora,
faucium ac gutturis introitus comprimentium & arctius
coangustantium, ortum ducit.

V.

Vera seu legitima vicissim quatuor sunt species: Una, Gal. 4. de locis aff. c. 3. 4. aphorism. com. 34. 3. prog. com. 16. 17. Paul. Aeginetia l. 3. c. 27.
ubi interiores musculi, qui laryngem ad vocem efformandū
movent, afficiuntur, diciturq; κωάγχι, Avicen. canina;
altera, ubi exteriores, ἀδωκωάγχι dicta; tertia, musculis
pharyngis interioribus laborantibus, σωάγχι appellatur;
quarta, externis affectis, ἀδωσάγχι nominatur.

VI.

Partes primariò affectæ, uti apparet, sunt aut ipsum guttur, aut fauces, secundū musculos interiores vel exteriores. Subiectū.

VII.

Συεξιμὸς
Gal. 4. d. rat.
vicl. ac. com.
20. 3. aph.
commēt. 22.
5. de loc. aff.
cap. 4.

Causa cōtinens seu *συνεχὴν* est phlegmone vel pura, vel erysipelatodes, vel œdematodes, vel (quod tamen rarius) scirrholes: nonnunquam vertebrarum cervicis primæ vel secundæ luxatio, alimenti & aëris aditum, huiusq̄ in super exitum prohibens.

VIII.

Ἐξωτερικὰ
ἄρτια.

Externarum causarum non necessariae possunt esse colla & cervicis vulnera, piscium officula ad tonsillas impacta, vertebrarum luxatio, contusiones, ictus, casus, compressiones & ligatura dolorifica.

IX.

Necessariae sunt, aër nimis calidus aut frigidus, fumus carbonū vi exstinctorū. Omnes cibi vaporosi, quales sunt allium, porrum, cæpæ, raph. fabæ, avellan. castan. &c. & à proprietate talem morbum gignētes, ut sunt quedam fungorum species; item uva & cerasa copiosè satis, præsertim mensâ postremâ assumpta, aliq̄ fructus recentes. Potus vini veteris & generosioris, aut recentis vaporosi, nimia repletio & crapula, omniaq̄, quæ nervos ad musculos laryngis pertinentes resolvunt. Quies multa, exercitium immoderatum & intempestivum, præsertim partium. vociferanda inservientiū, qualis est vociferatio intensior, cantusq̄ altior & frequentior. Somnus immodicus, decubitus sub radiis solaribus. Excretionum solitarum, ut sunt hæmorrhoidum capitis & uteri, imprimis gravidarum, diuturnior retentio. Affectus animi omnes, prædictos humores commoventes, quales sunt, ira, excandescencia, odium, invidia, &c.

X.

Ἐπιγενετικά.

Antecedentes causæ quoad continentia sunt, congenita & naturalis; vel acquisitiua partium dictarum imbecillitas, quâ promptius defluentes humores excipiunt. Temperies

peries itidem & constitutio partium reliquarum, ut ventriculi, intestinorum, venarum mesenterii, epatis, lienis, renum, uteri, vasorum spermaticorum & ceterarum ejusmodi, quâ humorum copia generatur, & ad predictas partes defertur.

XI.

Quoad contenta, sunt vel sanguis, vel humores biliosi, interdum etiam pituitosi, iug^z soli, aut invicem permixti: quandoq^z, licet rariùs, & melancholici, à capite, vel e venarum jugularium ramis eò pertinentibus in predictas partes influentes.

XII.

Signa anginam communiter indicantia sunt, acerbus faucium dolor, genarum rubor, deglutiendi tum cibi, tum potus tanta difficultas, ut nonnunquam per nares resiliât, difficilis anhelitus & respiratio, nullo in thorace vel pulmonibus existente vitio.

Signa communia.

Paul. lib. 3.
c. 27. Gal. 3.
prog. com. 16

XIII.

Partium verò affectarum notæ, quæ & species legitimas detegunt, sunt: I. quidem musculorum laryngis interiorum seu *σωάγχις*, frequens & violenta respiratio, quâ ægri erecti à ceruice & sedentes aërem trahere & reddere coguntur, vocis abruptio, dolor intensissimus cum angustie sensu insigni, acuta febris, ceruice faucibusve interim nihil immutatis.

Signa singularium specierum.

Hipp. 4. de victus rat. in morbis acut. text. 30.

XIV.

II. Musculorum pharyngis interiorum seu *σωάγχις*, color faucium immutatus cum tumore, quandoq^z, simul lingue radicem & gurgulionem obsident, deglutiendi major quam respirandi difficultas, nihil circa collum aut ceruicem immutatum apparens.

Hipp. l. 2. de morb. p. 430.

XV.

III. Musculorum laryngis exteriorum, seu *ωδγχις*
):(3

vάγγης indicia sunt, coloris circa fauces & cervicem variatio, cum tumore extrinsecus conspicuo.

XVI.

IV. Musculorū pharyngis externorū seu ἄγωνάγης, levior respirādi quān deglutiēdi noxa, colore & mole circa cervicem immutatis, cum doloris ad contactum, quod paracynancha quoq, commune est, exacerbatione.

XVII.

Signa cauffarum.

Causarum signa haec sunt: Sanguinea defluxionis, febris continua, color faciei rubeus, dolor gravis, tensivus, pulsas fatilis: omnium corporis, praesertim verò capitis venarum & arteriarum plenitudo, quam aegri intemperies, habitus, aetas, aëris constitutio, antegressa victus ratio plenior & liberalior; ocium & solitarum exercitationum intermissio consuetae sanguinis evacuationis factae vel per phlebotomiam vel apertionem haemorrhoidum, imprimis verò nasarium suppressio, contestabuntur.

XVIII.

Biliosa indicia sunt, minor moles, & propterea non tam difficilis respiratio & deglutitio, major verò calor & rubor ad flavum inclinās, plurimus dolor, isq, punctorius ac mordicans, intolerabile incendium circa guttur, vehemēs sitis, oris amaror & febris acuta magis.

XIX.

Pituitosi defluxus nota sunt, nullus vel levis, isq, gravativus dolor, tumor citra ruborem laxior, febris nulla, aut exigua & lenta, cum nulla aut pauca siti, universi corporis constitutio (sicut & victus antecedens) phlegmatica, aliāq, praemissa sanguinis frigidi, pituitosiq, copiam attestantia.

XX.

Fluxio si fuerit melancholica, dolor erit exasperativus, lingua nigredo, & tumor durior.

XXI. Lus

XXI.

*Luxatio vertebrarum ex cervicis cavitate ad costas
Etum dolente innotescit.*

XXII.

*Prognostica ex Galen. & Hipp. hac potissimum observari
possunt. Κωάγχη proprie dicta, monente Hipp. utpote que
penitiores gutturis & faucium partes corripit, acutissima
& periculosissima est, interdū decem & octo, sapissimè verò
24 horarum spacio hominem strangulans.*

Prognostica.
6.aph.37.
7.aph.49.

XXIII.

*Proximam in perdendo vim obtinet κωάγχη, que pleu-
ritumq; secundo, tertio, vel ad summum die quarto judi-
cetur.*

XXIV.

*Minoris malitia est τὸ κωάγχη: tutissima verò has
rum censetur τὸ γακωάγχη, quandoquidē tumor in hisce
magis extrorsum vergit, unde facilius quoq; curatio erit.*

Hipp. 3. præ-
dict. tex. 20.

XXV.

*Spuria angina prior pueris est familiarissima, omniumq;
ferè tutissima, licet prioribus sit diuturnior.*

XXVI.

*Alterā, luxationis nimirū vertebrarum cervicis pro-
genies à vi externa facta, desperata & lethalis est; à tubercu-
culo vel pituitoso defluxu nervos laxante, & vertebrae
dislocante inducta, rariùs, attamen interdum, curatio-
nem admittit.*

Hipp. l. 2. E-
pid. sect. 2.

XXVII.

*Quò concitatius hujus affectus est periculum, eò celes-
tius oportuna remedia expostulabit, sumptis indicationis
bus à fluxione, & ipsius phlegmones jam facta natura.*

Curatio.

XXVIII.

Principiò itaq; si materia partim influxit, partim verò

Chirurgia.

);(4

Hip. & Gal. adhuc influit, à loco affecto revellenda & evacuanda erit,
4. de viét. a- facta missione sanguinis, si atas & ægri vires permittant,
cur. com. 30. primùm è Cephalica, vel Comuni; usq; justà mensurà sen-
Paul. lib. 3. sim sensimq; interpositis intervallis detrahendus, habitã
cap. 27. semper ratione tùm plenitudinis corporis, tùm impetus &
naturæ fluxionis, tùm vel maximè ætatis & virium ægri.

XXXIX.

Prìus tamen, si alvus valdè adstricta fuerit; vel paulò
pòst, sin minus, reliquæ ciborum clystere molliori ex cassia
vel hiera simpl. elici debent; siquidem præceptum hoc malum
est, nec moram lenientium per os sumptorum ferat, imò de-
glutitio in hoc affectu plerumq; impediatur.

XXX.

Mulierculis verò, ubi retentis mensibus in hanc affe-
ctionem incidunt, tali seu malleoli vena utiliter aperitur,
moderateq; sanguis subtrahitur. Eadem quoq; in viris se-
canda, ubi sanguinem per venas in ano existentes vacuare
consueverint. Nec in gravidis sanguinis missio omittenda,
sed absq; ullo metu ad tres quatuorve uncias detrahendus,
prout fœtus major & vires imbecilliores exstiterint.

XXXI.

Revulsione præmissâ, fluxioneq; jam subsistente, deriva-
tionis nomine vena sublinguales, eodem die, aut saltem se-
quenti aperiuntur, quemadmodum & illa que in cervice
est, in causa imprimis frigida, & ubi dolor aut angustia res-
pirationem prohibet.

XXXII.

Ubi verò superiora vel locum non habuerint, vel par-
rum profecerint, cucurbitula, sine & cum scarificatione
scapulis, collo & sub mammis, item cruribus & coxis affixæ
non parùm præstabunt; sicuti & scarificatio facta sub mento
& in maxillis. Itè hirudines prædictis partibus appositæ; &
frictiones, ligaturæ dolorificæ, lotionesq; extremitatum.

XXXIII. Tans

XXXIII.

Tandem verò, sed non nisi summâ urgente necessitate, vesicatoriis & cauteriis actualibus circa cervicis initium, vel capitis eminentiorem sedem uti licebit.

XXXIV.

Quòd si humores peccantes hisce non sufficienter sint à ^{Pharmacia} parte affecta detracti; vel nonnulla phlebotomiam aliâq; prædicta auxilia planè impediunt, purgationem medicamentis per inferiora, tum revulsionis, tum subtractionis humorum causâ instituere oportet.

XXXV.

Statim itaq; non expectatâ concoctione propter periculum, quod ex motus celeritate impendet, humores calidiores quidem & acres, medicamentis lenioribus, utpote decocto prunor. tamarind. cass. fist. manr. elect. lenit. diasp. prun. laxat. syrup. ros. sol. &c. expurgare convenit. Frigidiores verò elect. ind. catholio. decoct. agaric. hier. simpl. & compos. Item decoct. fumar. epithym. polypod. pass. in quo elect. diasen. laxat. fuerit solutum: Quibus tamen in morbi augmento, non secus atq; in materia turgente, potentiora permisceri possunt.

XXXVI.

Atq; hæc liquoribus dissoluta & quidem in quantitate minori omnibus aliis formis præferuntur, tum quia propter deglutiendi difficultatem faciliùs sumuntur, tum quia parari possunt ex liquoribus qui leniant, refrigerent & humectent, febrisq; calorem reprimant.

XXXVII.

Et quoniam tumor sæpè gutturis partes ita obsidet, ut per os medicamentis purgantibus penetratio minimè detur, ad Clysteria validiora ex prædictis confecta & glandes acriores supponendas, potissimum autem in angina peris

):C 5

culosa, ubi purgationi alius locus non datur, confugiens dum erit.

XXXVIII.

Diæta.

Hip. 1. aph. 7.
Galen. 6. de
comp. medic.
f. 6. 3.

Victus ratio, si defluxio calida fuerit, præscribatur qua phlegmonem augeri prohibeat, sitq; tenuis ac refrigerans. Aeger itaq; collocetur loco satis amplo & aëre libero, eoq; temperato, ita tamen, ut ad frigiditatem declinet, resideat in lecto, ut caput altius attollatur, liberiusq; spirare possit.

XXXIX.

Victus autem sit parcissimus, & liquidioribus utatur cibus, glutinosa alimenta omnia, quæ vias oppressas angustare possunt, studiosè vitabit. Per duos itaq; vel tres dies, si vires tolerare possunt, contentus sit loco cibi mulsæ aquæ, vel eius vice aq. hord. vel per se, vel cum saccharo; Postea cremor ptisana cum sacch. exhiberi potest.

XL.

At inflammatione remittente, ubi aeger melius deglutire potest, lutea ovorum mollissima, non multa tamen, concedi possunt. Sub finem verò morbi victus sit plenior, & ægri viribus respondeat, ut collecto natura robore reliquæ materia morbificæ facilius discutiantur.

XLI.

Vini usus aegro omnino interdicens, item vaporosa & calida ferè omnia, quæ fluxiones excitare & augere possunt. Potus sit aq. hord. vel absolutè, vel cum sacchar. aut jalap. rosac. violac. vel vin. granat. quæ exasperatas fauces levigant ac refrigerant; quibus, si pituitosior est fluxio, oxymel vel syrup. acetos. simpl. commodè permiscuntur. Hæc verò tepida non frigida offerri debent, ne dolor magis exasperetur & intendatur.

XLII.

Quies corporis & imprimis supernarum partium est im-
perans

peranda, unde & non inconvenienter confabulationes ægris interdiciuntur. Somnus, materia fluente, maximè fugiendus, ideoq; ubi in vitis obrepit, sæpiùs excitentur. Animi accidentia, ut ira, furor, tristitia quoq; exulent, utpote qua humores adhuc latentes commovent, & ad defluxionem irritant.

XLIII.

Hisce rectè institutis, ad topica remedia, intus forisq; applicanda, deveniendum erit. Et quia malum hoc quatuor sui processus tempora habet, horum ratione habità quatuor quoq; medendi scopos exposulabit. Topica.

XLIV.

In principio itaq; medicamentis repellentibus, permixtis refrigerantibus, si acris & calida fuerit defluxio, omisissis verò si frigida, utendum erit. In augmento repellentibus, additis resolventibus, ita tamen, ut repellentia superent resolventia: à medio augmenti usq; ad medium status resolventia superent repellentia; à medio statu usq; ad morbi inclinationem resolutiva pura locum habebunt. Huiusmodi verò remedia, remediorumq; formulas singulis medendi scopis & intentionibus cõgruentes passim apud Præcticos videre licet.

XLV.

Ubi tamen notandum, ut per totum morbi progressum, cum dolor & angustia urgent, ea quæ dolorem leniunt, viasq; dilatant, usurpentur, qualia ferè sunt, lac tepidum, alb. ov. mucilag. sem. lin. citon. psili. sacc. penid. & c. quæ admodum & ea, quæ crassos, viscidos ac tenaces humores, quales in defluxione frigida præsertim illic harere solent, abstergant.

XLVI.

Extrinfecus verò eo in loco, ubi tumor apparere incipit, relaxantia & è profundo foràs elicientia adhibeantur, ut
sunt,

Galen. 6. de
cōp. med. s. 4.

funt, ol. oliv. amygd. dulc. camomill. irin. cheir. & c. & qua
à proprietate hunc affectum respiciunt, ut sunt, nidus hir
rund. pr. apar. cinis hirund. cochl. in hortis repertarum, &
cancrorum ustorum; item sterco canis o sibus nutriti, sterc.
gallar. columbar. qua vel cum oleis, unguentis, floribus
& seminibus cōvenientibus decocta, atq; in cataplasmatibus
formam redacta miro effectu applicari possunt; vel tenuis
simè pulverisata aut per se insufflari, aut in aq. cōvenienti,
siue elect. forma cum melle vel sacchar. administrari.


XLVII.

Quòd si tumor in via maturationis fuerit, & materia
jam dictis externis internisq; remediis digeri resolviq; ne
queat, tunc medicinae suppuratoria, intus forisq; applica
tur; abscessusq; vel medicamentis, vel ope chirurgica, ubi
conspicuis est, aperiatur.

XLVIII.

Apostemate jam aperto ulcus tergetur hydromel. mell.
rosac. & c. & postea bolo armen. in ore retento. sangu. drac.
thure, & c. consolidetur. Si verò exterius abscessum
rumpi contigerit, ut cetera exteriora ul
cera curabitur.

Ἀρχαῖα καὶ ἰατρικὰ δόξα.








f. 6.





& non inconuenienter confabulationes et
atur. Somnus, materia fluente, maxime fus
q, ubi inuitis obrepat, sapius excitentur.
entia, ut ira, furor, tristitia quoq, exulent,
mores adhuc latentes commouent, & ad des
tant.

XLIII.

institutis, ad topica remedia, intus forisq, ap Topica.
niendum erit. Et quia malum hoc quatuor
mpora habet, horum ratione habit a quatuor
scopos expostulabit.

XLIV.

o itaq, medicamentis repellentibus, permix
ibus, si acris & calida fuerit defluxio, omis
t, utendum erit. In augmento repellentibus,
entibus, ita tamen, ut repellentia superent
medio augmenti usq, ad medium status re
rent repellentia; a medio statu usq, ad mora
em resolutiva pura locum habebunt. Huius
edia, remediorumq, formulas singulis me
intentionibus cōgruentes passim apud Prae
cet.

XLV.

notandum, ut per totum morbi progressum,
angustia urgent, ea quae dolorem leniunt,
t, usurpentur, qualia ferè sunt, lac tepidum,
g. sem. lin. citon. psilii, sacc. penid. & c. quem
ea, quae crassos, viscidos ac tenaces humores,
exione frigida praesertim illic haerere solent,

XLVI.

s verò eo in loco, ubi tumor apparere incipit,
è profundo foras elicientia adhibeantur, ut
sunt,